



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 17. Sacerdotes in cultu nitidi & honesti sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

Quotidie bis precari solent, ait Philo Iudæ-
 Christiani, mane ac sub vesperam: oriente Veterum
 Deum orant, dies vt illis futurus feliciter Christia-
 ndat, animæque cælesti lumine repleantur; oc. norum
 adente verò ac sub diei occasum, vt animus ^{consuetu-}
 ab omnibus negotijs diurnis iam liberatus, & do.
 sensibus compositis, rerumque imaginariarum ^{Lib. de vita}
 coere excusso, transactæ diei actiones exami- ^{suppl.}
 net, inque domestico consistorio veritatem
 exquirat. O sanctam piamque consuetudinem!
 Hanc vos observate, Sacerdotes, hoc modo vi-
 tum institute, veteres Christianos in hoc imite-
 mini, rationem à vobis ipsis de omnibus actio-
 nibus deposcite, & conscientias sedulò excu-
 tite.

CAPVT XVII.

Sacerdotes in cultu nitidi & honesti sint.

Omnis veterum sanctorum diligentia eu-
 raque imprimis in eo sita semper fuit, vt ^{Veteres}
 Seraaphicus tradit Bonauétura, vt hominē inte- ^{sancti vni-}
 riorē, qui regis sui imaginem ac Dei insignia ^{co homini}
 præfert, quàm maximè excolerent, efforma- ^{interiori}
 ret, seseque huic vni exornando totos dabant, ^{ornando}
 cultu ornatuque exterioris hominis velut in- ^{studebant.}
 ni, caduco, superfluoque neglecto. Horū exēplo ^{In pharet. c.}
 Sacerdotes discant & Religiosi quamprimū ^{4. c. 37.}
 vestium cultum superfluum, & quidquid ad ex-
 ternum corporis ornamentum spectat con-
 temnere, & interiori dumtaxat pulchritudini
 adaugendæ, ad veterum imitationem studere.
 Triæ sunt teste Sapiente quæ hominis in- In tribus
 teriora prædunt, *Amictus corporis, & risus den-* homo co-
tiū, & incessus hominis enuntiant de illo. Et sanè ^{guoscitur.}
 tribus hisce argumentis exterioribus de in- ^{Eccles. 7. 9.}
 terno

terno homine diiudicare possumus & praeterim de Sacerdotibus, ac maximè è vestitus: neminem is modestus sit, quam primùm de illius virtute diiudicare licet, si verò dissolutus & laceratus, mundanus & improbae vitæ esse dignoscitur.

Vestes pretiosae non Sacerdotum sed aulicorum sunt.

Matth. 11.

Gen. 3.

Primus homo pellicule animalium tectus.

Iacob sub veste Esau benedictionem meruit patris.

Gen. 29.

Quid existis in desertum videre, ait in Iordanem Baptistam, praerogativa regerendo Dominum *hominem mollibus & pretiosis vestitus? nequam: ecce qui mollibus vestiuntur in domibus aulicorum sunt.* Egregia hac filij Dei sententia ornamentum superfluitas & pretium reprehenditur: qua etiam discimus, aulicorum & purpuratorum esse egregias, pretiosas, mollesque vestes consecrari, non verò sanctorum Sacerdotum.

Prima vestis, quam Deus protoplasto paravit fuit è mortuorum animalium pellibus, non verò è serico & byssino auro intertexto, facta quoque Deus *Ada & uxori eius tunicas pellicum induit eos.* Quo denotare voluit, sapientis esse, & imprimis Sacerdotis & Religiosi, non alias vestes quàm luctus & mortificationis gestare debere, atque illos verè à Deo vestiri & ornari qui tales sibi vestes parant.

Insigne miraculum & rarum profectò fuit, Iacobum veste Esau fratris indutum paternam sibi benedictionem, iusque primogeniturae comparasse, *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum* &c. sed magis etiam mirandum est, si sub veste mundana, pretiosa, profana Sacerdos & Religiosus Deo placere, benedictionemque patris caelestis sibi mereri possit.

Vt verò Sacerdotum vestis non debet esse superflua & vana, ita nec sordida aut contempta; in

in huius rei signum iubetur Pontifex Iesus, Sacerdos
sordida indutus, vestem commutare, seseque
angelico conspectu dignius conuestire: *Et Iesus non sit sordida.*
erat iudurus vestibus sordidis, & stabat ante faciem
Angeli, qui respondit & ait ad eos, qui stabant coram se dicens, Auferte vestimenta sordida
ab eo. Exemplum egregium & eius quod iam
ago confirmans; quo scilicet edoceor, quem-
admodum Sacerdotales vestes non debent esse
magnificæ aut pretiosæ, ita nec sordidas nimis
esse oportere.

Præcepit Deus Moyse, Aaronem vt vestibus
conuenientibus conuestiret, nitidas, mundas
& sanctas ei parando, *Indues Aaronem vesti-*
mentis sanctis. E quo eruo eundem ipsam De-
um velle, vt in lege Evangelica, Sacerdotes
munda vtantur veste, & honestè se induant.

Suasertunt formosæ Ruth, vt si amorem &
benevolentiam Booz sibi comparare vellet, fa-
ciem lauaret, vnguentis se perfunderet, ve-
stesque cultiores indueret. *Lauare igitur, & vn-*
guere, & induere cultioribus vestimentis. Idem
consult Spiritus sanctus Sacerdotibus, vt sci-
licet si Deo placere, sanctamque eius gratiam
adipisci voluerint, nitidè se & honestè indu-
ant, & togas cultiores sumant.

Aman superbus ille Persa, interrogatus quid
feri deberet viro, quem honoratum rex vellet,
& ad magna promotum, respondit, *Homo quem*
Rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs.
Allegoricè hoc exponens dico, maiorem reli-
giolo apud Deum & homines honorem non
posse contingere, quàm si honestè se induat, &
vestem gestet, quam nemo illi vitio vertat.

Gabaonitæ vafri laceras vestes & veteres
induti

Veterum
Sacerdo-
tum vestis
esse debe-
bat sancta.

Exod. 29.

Vt quis
Deo pla-
ceat culta
vtatur ve-
ste.

Rut. 3.

Summus
Sacerdotis
honus est
honestè in-
duti.

Esth. 6.

Sacerdotes induti coram Iosue duce venientes, illi & sordidis induti Gabaonitis similes. Ios. 9. omnes suos in fraudem pellexerunt, sed dolorem eorum patefacto & technis cognitis, meritis fraudis pœnas dederunt, & dignis supplicii affecti. Sacerdotes & Religiosi, qui lemilitas & hiulcas vestes gerunt, nec vllam in vestibus honestatem seruant, novos quosdam Gabonitas esse, deceptores fraudulentos, proditores, quiq; sub his sordibus tum Deum tum homines decipere conantur, sed seipfos imprimis at tandem fraudibus eorum detectis, meritis hypocrifeos pœnas daturus: virtus in medio critate sita est, & nimium in vitium transgrediendo paupertatem volo, non tamen sordes.

Assueri aulam nemo laceris vestibus indutum subire, nisi mortem incurrere vellet. Moralem consuetudinis huius sensum eliciens, sentio non esse licitum Sacerdoti, coram Deo se præsentare, Ecclesiam illius palatium subire, si laceras, disruptas & dissutas laciniis indutus sit: cultura & mundities in cultu Deo grata est, sordes vero intrant & oculos illius offendunt.

An non constat, & planè ad rem meam est, impudentem quendam regis nuptijs sese ingerere audentem, à rege conuiuas lustrante egestum, quòd laceris & indecoris vestibus esset indutus, & grauem interminationem audiuisse, *Amice quomodo huc intras non habens vestem decentem & nuptialem?* Regis huius iram denotat Dei, qui indignè fert, quando ad epulum illud Eucharisticum Sacerdotes male vestiti & laceras induti, sese in Ecclesia ingerunt, nec Dei præsentiam verentur. Filius prodigus cum inexpectatus ad Patrem rediit.

Matth. 22. Sacerdotes malè vestiti similes filio prodigo.

redijset, & ille eum lacinosum, malè indutum, diffucum videret, tantas vestium sordes indignè *Luc. 15.* ferens, seruis præcepit, vt exutis sordidis illis lacernis & scrutis, honestè illum & pro dignitate familie conuestirent, *Cito afferite stolam primam. & induite illum.* Sacerdotes, cum vos seculares malè indutos, sordidos & veste vili amictos, lutosos, canosos, & in toga laciniosa truncataque per plateas incedere vident; filios vos prodigos esse censent; & quoties tali schemate Ecclesiam ingredimini, Pater cælestis tantam indecentiam non ferens, velut meliùs decentiusque vos indui, vestesque honestiores cultioresque assumere.

In Leuitico vetuit Deus, ne quis maculosus, *Leuit. 1.* aut aliquo modo vitiosus panes Deo offerat, *Maculosus Deo se non præsentat.* mysteriaque sacra peragat, *Homo de femine tuo qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius.* Miror igitur tot Sacerdotes reperiri & religiosos, qui tot maculis deformes sint, tot secum sordes trahant, tot in veste notas circumferunt, ob quas culpandi sint; tantam tamen eorum impudentiam & temeritatem esse, vt quotidie panem Angelorum in Missa offerre diuinisque se ministerijs immiscere non vereantur, non enim coram Deo tali schemate induti comparere debent.

*Vestes dis-
suras ha-
bere olim
lepræ indi-
cium.*
Leuit. 13.

Quicumque in Mosaica lege dissutas vestes & laceras gestabat, leprosum se esse indicabat, atque omnes proinde eius commercium consuetudinemque deuittabant; *Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium Sacerdotis, habebit vestimenta dissuta:* Mysterium hoc exponens idque ad propositum, dico, Ecclesiasticos laceris indutos & sordidis, ostendens

dere se leprosos esse, ac dissolutos, eorumque commercium deuitandum.

2. Reg. 6.

Michol
Dauidi
coniugi
malè vesti-
to insulta-
uit.

In libro secundo Regum, Michol Saulis filia videns coniugem suum Dauid coram arca Testamenti saltantē, regio paludamento exarum & seruili lacerna indutum, illum contemnerit derisit, magnumque sibi hoc probrum fore suspicata est, dicens, *Quam gloriosus fuit hodie rex Israel; discooperiens se ante ancillas seruatorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de senioribus?* Allegoricus loci sensus est, Sacerdotes & Prælatos, qui Ecclesiæ Principes sunt, mechanico & plebeio schemate indutos, risu se exponere plebeculæ, multosque hoc perperam interpretari.

Ceterum, teste S. Augustino, *verus ornatus Sacerdotis, non tantum nullus fucus mendax, sed nec auri vestisq; pompa, sed mores boni sunt, & vita honesta.* Et sanè non vestis vos, Sacerdotes, sed mores virtutumque ornamenta decorant.

Hinc magnus olim Basiliius ait, vestes ita parari debere, vt in omni re vsui esse possint; id est, vt videlicet ijs amicti, & diuinæ pariter honestati & nocturnæ etiam necessitati facimus satis. Insinuare volebant, vestium vsuum non aliam ob causam inuentum esse, quam vt ijsdem cooperiatur corpus, iniuriæque ab eorum frigiditatis æstus propulsemus.

Catech. 4.

Amictu simplici vtere, ait Cyrillus Hierosolymitanus, non ad ornandum, sed ad necessitatem, non vt in eo delicias quæras, sed in hieme ciuilem, corporisque tui ignominiam verecundiamque cooperias. sed vide ne sub vmbra turpitudinis corporalis tegenda, superfluo vestitu

De conse.

dist. 5. c. fu-
rare.

Mores Sa-
cerdotem

ornant
non ve-
stis.

Vestium
vsus.

In regul.

Sacerdotes
simpliciter
se vestiant.

in maiorem turpitudinem dedecusque labaris.
Hoc documentum vobis vsui sit Sacerdotes, ve-
stis que assumite non ad ornatum, gloriam &
fastum, sed ad necessitatibus succurrendum.

Sacerdotes
sint in ve-
ste mundi
& ornati.
Distinct. 41.

Simplicem quidem Sacerdos amictum ge-
stet, cultum tamen & nitidum, nam vt consili-
um Gangrense tradidit, Parsimoniam cum veste
humili non reprobamus, sicut etiam ornatum, præ-
ter corporis diligentiam infricatum laudamus.
adeo vt quemadmodum Clericis vitio vertitur,
si nimis in veste effeminati & lasciuui sint, ita
laudi sit munditiem & nitorem præ se ferre.

Vestimenta tua & calceamenta, ait S. Bernar-
dus, nec nimis sint pretiosa, nec multum vilia,
sed ex moderato & competenti habitu. Ex il-
lius sententia, quemadmodum Sacerdotes
habitu admodum pretioso & pompatico
viti nefas, ita & laceris, sordidis, nimisque vili-
bus indui indecorum.

Serm. 9. de
modo bene
vinendi.
Sacerdotis
vestis non
sit nimis
vilis.

Sit Sacerdotis habitus, ait Concilium Hilde-
semense, humilis, non nimis vilis, nec nimis pre-
tiosus, sed mediocriter honestus, sine vlla curio-
sitate, ampla & longa satis, ne forma exterior
corporisque longitudo dignosci queat sæcula-
rium ritu. Ceterum Dei seruo duplex habere
vestimentum fas est, vnum quotidianum pro
diebus ferialibus, aliud elegantius pro festis
& Dominicis. Hoc modo qui se vestiunt Sacer-
dotes, vanitatem omnem detestantes, & non
nisi munditiem cultum que curantes, extrema-
que fugitantes & nimias sordes, sapientes pro-
fecto dici queunt.

In form. vi-
uen. canon. c.
16.
Sacerdos
duplicem
habitum
habeat.

Nepotianus, ait de illo scribens S. Hierony-
mus, paupere tunica excepta & humili tegu-
mento, quo se aduersus frigus communicabat,

Ad Heliod.
Nouitate
fugiat.

aliud

alud nihil possidebat; cultus ipse provincie morem sequens, nec munditie nec sordibus notabilis erat. Ad sancti huius viri exemplum, Sacerdotes modestè se vestiant, novitates omnes fugiant, & aliorum ritu sese vestiant.

Augustinus in vestibus moderatus erar.

Cap. 224.

Dist. 41. eod.

Sacerdotis habitus eius professionem indicet.

Sacerdotes per habitum anime statum designare debent.

Sess. 14. c. 6. Prælati Ecclesie iuxta statum suum incedant.

De S. Augustino scribit Concilium Aquiligranense, eius vestes & calceos, atque omnia lecti illius apparatus ex honesta materia confecta fuisse & forma honesta; vestimenta enim nec nitida nimium, nec abiecta plurimum, sed medium tenuisse. Exemplum notari dignissimum, & quo omnes Sacerdotes edocentur, honestè se & modestè induere debere, mediocritatemque sectari, ne scilicet aut nimias delicias aut nimias sordes ambiant.

Clericus, ait Concilium Carthaginense, professionem suam habitu & incessu probet, ideo in vestibus nec calceamentis decorem querat. Vobis hoc dictum est Sacerdotes, vobis hæc confessio facta; dicere enim vult, habitum & incessum luculentum vitæ ceterorumque exercitiorum vestrorum testimonium perhibere debere.

Quamvis Monachum non faciat cucullatus, vult tamen concilium Tridētinum, ut Sacerdotes habitum ordini suo convenientem conformemque gestent, ut nempe per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant. Hoc vobis inhæreat Sacerdotes tamque modestè vos conuertite, ut per exteriorem habitum internus anime status cognosci queat.

Quicumque (ait Alexander Papa quartus Cardinali Toletani Francisco Ximeno scribens)

bens) presertim Prælati Ecclesia, sicut in moribus ita & in habitu & incessu studere debent, ne nimio fastu superbi, neue nimia abiectioe superstitiosi esse videantur; cum utroque authoritas Ecclesiastica disciplina vilescat. Docere scilicet summus Pontifex volebat, quemadmodum Sacerdotes suum honorem viles & laceras vestes gestando prodigere non debent, ita nec nimis insolescere superbis sumptuosioribusque vestibus, debere.

Recordemini maledictionis illius & fulminis, quod in Phariseos olim insolescentes iactavit Redemptor: si enim ut viderentur ab hominibus, & iusti nomen inuenirent, dilatabant Phylacteria sua, & magnificabant simbrias suas quamuis intus plenirapina & immunditia essent. Quod evidens est argumentum, illos Sacerdotes verè à Christo maledici promereri, qui superbe & fastuose incedunt, vestesque magnificas gestant.

Pannosi clerici ac vestibus laceri displicent omnibus, ait Concilium Coloniense; atque ut affectatae sordes, ita nec studio quaesitæ delicie multam laudis afferunt. Iuxta Concilij huius statuta Sacerdotes munditiem in vestitu, sordes fugiendo, sectentur.

Basilij Religiosi mores vitamque efformans ait, *Habitus tuus non sordens sed honestus sit.* Idem ipsum vobis repeto Sacerdotes, semper modestos vos in amictu gerite, decoros, cultos, nitidos; sordes verò cane peius & angue detestamini.

S. Hieronymus Nepotiano suo scribens, ait, *Ornatus ut sordes pari modo fugiende sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.* Tanti Patris

Sacerdos gloria-bundus Phariseis similis. Matth. 23.

De vit. cler. c. 26. Indignum est laceros videre Sacerdotes. Sacerdotis vestis honesta semper sit. Serm. de ascens. Deliciae fugiende ut sordes



cris vestigijs insistendo, Sacerdotes, nimium in vestitu ornatum, & nimium neglectum despiciate, nam vt primum noxium est, ita alterum non minus damnosum.

Idem quoque doctor virgini cuidam sanctæ vivendi agendique normam præscribens ait, *Vestis nec satis munda, nec sordida & nulla diuersitate notabilis sit, ne digito monstreris, & hoc vitio vertatur.* Quod virgini huic tantus Doctor, hoc omnibus in genere Sacerdotibus impleo suggero, ipsorum scilicet vestes mediocres esse debere nec mundas nec sordidas, sed imprimis nequa in eisdem appareat nouitas aut diuersitas.

Sacerdotis vestis non sit nouæ formæ nec diuersa. Epist. 21. ad Eustochium

CAPVT XVIII.

Sacerdotes in moribus grauitatem præferant.

Grauitas Sacerdotibus conueniens.

SI quid est quod Sacerdotium deceat, ipsa grauitas & maiestas est, tum in verbis tum in moribus: namque vt planetæ sublimiores lentius progrediuntur, maioremque in motibus suis naturalibus grauitatem ac pondus ostendunt, quàm infimi & ima in sphaera constituti, vt Saturnus qui quatuor aut quinque annorum millibus cursum suum peragit, quem luna triginta diebus facile conficere consuevit. Ita quoque Sacerdotes, qui sunt veluti stellæ & planetæ orbis, at qui ceteris Christianis sublimiores sunt, in omnibus actionibus suis ac verbis graues esse debent, maioremque alii maiestatem, pondusque præferre. In cuius rei signum voluit olim Deus vt summus Sacerdos Mosaicus in publicum prodiens vestem gereret tintinnabulis circumdatam, vt ipso incedente